

M
PO
SA

I

ET

L

DE

26. 65^a



MICH. HENR. GRIBNERI
POTENTISS. POLON. REG. ET ELECT.
SAXON. QVONDAM CONSILIARII AVLICI
AC PRIMI IN ACADEMIA LIPSIENSI
IVRIS CONSVLTI.

DELINEATIO
IVRISPRVDENTIAE
PRIVATAE ILLVSTRIS
POSITIONIBVS SVCCINCTIS
COMPREHENSA

ET IN VSVM OLIM AVDITORVM QVO-
RVNDAM PRIVATVM CONSCRIPTA
ET COMMVNICATA
NUNC VERO EDITA

A
IO. BENIAM. REISIG;
IVR. PR.

QVI ETIAM
DISSERTATIONEM PRAELIMINAREM;

QVA
DE VSV IVRIS ROMANI IN IVRISPRVDEN-
TIA PRIVATA ILLVSTRI
DISPICITVR, PRAEMISIT.

GOTTINGAE
APVD CHRIST. HENR. CVNONEM.
M D CC XXXVI.

Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including the name 'HERRN GRUNDRISS' and 'ACADEMIA'.

**KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE**



Extensive faint, mirrored text from the reverse side of the page, including 'PRIVATANWALTSRAT', 'POSTIONEN', 'COMPLIMENTA', 'DE VST', and 'DIPLOMA'.

I
D
M
li
M
ri
pr
co
ft
ru
ne
tis
ta



Serenissimo
Principi ac Domino
Domino

IOANNI ADOLPHO

Duci Saxoniae, Iuliae, Cluivae,
Montium, Angariae & Westphaliae,
Landgravio Thuringiae,
Marchioni Misniae atque superioris
& inferioris Lusatae, Comiti
principalis dignitatis Hennebergico
& Barby, Domino in Ravenstein,
Augustissimi Regis Polonia-
rum supremo Campi-Mareschallo
nec non sacrae Caesareae Majesta-
tis & S. R. I. supremo rei tormen-
tariae praefecto.

*Principi ac Domino
meo longe clementissimo.*

Severissimo

Principi ac Domino

Domino

IOANNI ADOLPHO

Duci Saxoniae, Juliae, Clivae,
Monsium, Angarie & Westphal-
iae, Landgravi Thuringiae,
Marchioni Milite acque Imperio-
ris & interioris Aethiopiae, Comiti
principibus dignitatibus Reichsbergi-
co & Bavy. Domino in Ratis-
bona Augustissimi Regis Poloniae
tum Imperio Campi-Marchallo-
rum non sicuti Cancellarius Majesta-
tis & S. R. I. Imperio rei commen-
tarius praefecto.

Principi ac Domino

Principi ac Domino



SERENISSIME
PRINCEPS!

INter excelsas animi *TVI* dotes,
quibus *TV*, *SERENISSIME*
ac *CELSISSIME PRINCEPS* veluti
gemmis exquisitissimis coruscans
incedis, semper etiam clementissi-
mum in omnes bonos praesidium
& gratiosissima in musas propen-
sio, eminuit. Heroica *TVA* de-
cora, ceteraque inuicti animi *TVI*
monumenta celebrant Saxones,
summopere efferunt Sarmatae &
tota Germania suspicit. Quidquid
enim in principibus admirandum,
quidquid in iisdem augustum, in
glo-

gloriosissimo *TVO* exemplo, tanquam celsissimarum virtutum centro coadunatum reperimus. Merito itaque *TE, PRINCEPS CLEMENTISSIME*, faustorum temporum reparatorem faustissimum, vi oppressorum protectorem acerrimum, musarumque Palladium firmissimum, venerantur omnes, mirantur, adorant. Id propter etiam Nomen *TIVM* augustissimum tenui huic opusculo praefigere nullas dubitavi. Summo quidem illud *TVO* tutamine dignum non censeo, sed sola pietatis ratio, cuius nexibus me *TIBI, SERENISSIME PRINCEPS*, constrictum cerno, & flagrans me meaque studia *TIBI* commendandi cupido est, quae me ad hoc commouit.

mouit. Suscipe igitur, *PRINCEPS*
INDVLGENTISSIME ea, quam
in *TE* admirantur omnes, clemen-
tia, levidenssem hanc opellam,
Principum in priuatis suis negotiis
iura breuiter explicantem, & hoc
qualecunque addictissimae mentis
documentum aequi bonique con-
sule. Quod reliquum est, pro pe-
renni *TVA* incolumitate calidissi-
ma vota nuncupo, & summum
omnium rerum moderatorem hu-
millima mente comprecor, ut o-
ptimo *TIBI* Principi, in spem &
folatium patriae nato, conseruet,
detque quam mereris aetatem, vi-
res augeat heroicas, promoueat
TVA prudentia tincta consilia, fan-
ctissimumque foedus connubiale
fortunet, quo & mihi infimo, &
omni-

omnibus, qui *TVAM SERENI-*
TATEM submississime reuerentur,
mirifico *TVO* splendore, quo tan-
quam stella primae magnitudinis
in altissima sphaera coruscas, &
totam repleas Europam, f. ui liceat
diutissime

Princeps Serenissime.

Domine longe clementissime

Augustissimi *TVI* nominis

humillimus & deuotissimus cultor


Ioannes Benjamin Reifig.

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLEN-
TISSIMO DOMINO
DOMINO
MARQVARDO
LVDOVICO
LIB. BARONI
DE PRINZEN,
POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE MI-
NISTRO STATVS INTIMO
ORDINIS REGII AQVILAENIGRAE
EQVITI
REGII PALATII PRAE-
FECTO
CONSISTORII ATQVE RERVVM ECCLE-
SIATICARVM ET FEVDALIVM
DIRECTORI
PRAEFECTO COMITATVS RVPINEN-
SIS ET TERRAE BELLINENSIS
RELIOVA.

VT ET
REVERENDISSIMO AC EXCELLEN-
TISSIMO PRAESVLI
DOMINO
BENIAMINO
VRSINO
DE BAEHR
SACRAE MAIESTATIS BORVSSICAE
EPISCOPO PRIMO
RELIQVA

DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS
FELICITATEM SEMPITERNAM.

VIRI
ILLVSTRISIME
AC
REVERENDIS-
SIME

Uod alii, qui studia vi-
gíliasque suas Viris di-
gnitate fulgentibus com-
mendaturi sunt, facere vulgo as-
solent, vt multas, quibus ad hoc
consilium adducti sint, rationes
anxie conquirant: illud si & mihi
faciendum nunc existimarem, ve-
ren-

rendum esset, ne, quid litteræ VO-
BIS debeant, quantoque adfe-
ctu earum studiosos complecta-
mini, parum intelligere videar.
TIBI enim schediasma hoc offer-
tur, ILLUSTRISIME a PRINZEN,
qui optimi REGIS auspiciis rei
publicæ iuxta ac litterariæ arbitri-
um tenes, quorum illud TIBI
summa virtus omnium coniu-
cta votis detulit, hoc vero optima-
rum artium, omniumque disci-
plinarum notitia vna conciliavit.
Cui potius igitur destinari debuit
hic qualiscunque ingenii conatus,
quam ei, qui non doctrina minus
quam dignitate, illustris, in qua vi-
uo, Academiæ curam ac tutelam
me,

meruit ? Nec TIBI quidem,
REVERENDISSIME PRAESVL
mirum videbitur, quod venera-
bile nomen TVVM huic opuscu-
lo præscripsim, quandoquidem
mirifica ista TVA in me benevo-
lencia ad perpoliendum istud non
mediocre mihi incitamentum fu-
it. Quum enim vel titulus & ma-
teriæ raritas TE mihi absentem con-
ciliauerit, nihil reliqui faciendum
putavi, vt hæ, quas ante duode-
cim prope annos in Academia
Lipsiensi enixus fueram, pagellæ,
nouo indutæ habitu conspectui
TVO sisterentur. Fauete igitur
MVSAGETAE, conatibus ho-
minis nec improbi, nec litterarum
stu-

studiis infensi. Fauete opusculo,
si nulla alia re, materiæ certe e-
legantia ac mole exigua com-
mendabili. Fauete denique vo-
tis meis, quæ sola gratia VESTRA
ac benevolentia cumulatisime
absoluuntur. Sic & mihi fau-
sta precanti fauebit omnium mo-
derator ille, qui rebus prospicit
humanis, omnique bonorum ge-
nere VOS abundantissime ornabit,
vt, VOBIS hoc in honoris culmi-
ne, hac in specula constitutis, ani-
mi quam plurimorum ad virtutis
studium & litterarum cultum
mirifice acuantur, & ego quoque
in spe patrocinii VESTRI tan-
quam exoptatissimo rerum mea-
rum

rum portu diutissime tutissime-
que conquiescam. Id quod pre-
cibus ardentissimis efflagitat

*ILLVSTRISSIMO AC RE-
VERENDISSIMO*

**NOMINIBVS VE-
STRIS**

perpetua veneratione ac
obsequio addictissimus

M. Io. Gottlieb Heineccius.

rum perit dicitur tunc
que conditiam. Id quod
cipis ardentissimis effigiat

ILLUSTRISSIMO DE RE-
VERENDISSIMO

NOVITIBVS AB-
STRIS

perpetua veneranda ac
obsequio adhaerentibus

M. Jo. Gottlieb Heinemann

2

P

D

I

B.
du
te
ef
in
ri
m
ei
m
co
te





DISSERTATIO
PRAELIMINARIS

QVA
DE VSV IVRIS ROMANI
IN IVRISPRVDENTIA PRIVATA
ILLVSTRI DISPICITVR.

Non prolixam, spero, humanissime
lector, a me expectabis excusatio-
nem, quod hoc opusculum, quod
B. *Gribnerus*, vir procul omni dubio meo
dudum elogio maior, inter priuatos parie-
tes auditoribus suis, quos inter & mihi
esse contigit felicitas, anno MDCCXXIX.
in calamus dictitauit, prelo commise-
rim. Tanta huius viri nunc desideratissi-
mi in rem litterariam sunt merita, & tanta
eius est perspicacissimi iudicii ac solidissi-
mae eruditionis fama, quam apud omnes
cordatiores sibi comparauit, vt in rem lit-
terariam publicam periniurius esset, qui
A vel

vel vnicam syllabam , quae ex ore vel calamo huius Icti longe celeberrimi profluxit, in tenebris relinquere, aut suppressere conaretur. Imprimis, cum praesentes haec positiones talem comprehendant iuris materiam, quam nemo hactenus ex instituto tradidit, & ordine systematico exhibuit, pauci attigerunt, & prout par est, exposuerunt. Partes quidem huius iurisprudentiae illustris priuatae plures subinde tractarunt, quorum illos, qui in mentem iam incidunt, & a B. Autore suis locis non commemorati sunt, h. l. recensere in rem profuturam esse spero. Scilicet sunt

Conf. *Kemrich*, celeb. Iur. Antecess.
Ien. in Introd. ad Ius Publ. Imp.
Germ. Lib. VIII.

Dn. *Helferich*, Ictus Tubing. &
Duc. Würtemb. Consiliar. Diff.
de iurisprudentia principum ordinumque S. R. I. Germ. priuata.

Thomas. Diff. de potestate stat.
Imp. legislat. contra ius comm.

Illustr. de *Ludewig* deduct. von *Ausschliessung der adelichen Töchter*
von

von der Elterlichen Erbschaft und
alleinigen Erb-Recht der Söh-
ne. v. Tom. II. Lib. II. Resp. Il-
lustr. 124.

Harprecht Diff. de Successione Fi-
liarum nobilium renunc. &
testam.

Textor de Successionibus regum &
principum familiarumque illu-
strium.

B. *Gundling* Diff. de renunciatione
hereditatis filiarum illustr.

B. *Hoffmann.* Diff. de iurisprudenciae
germ. principiis & fontibus,
Beyero praemissa.

Knipschild de Fideicommissis fa-
miliar. illustr.

Betsius de statutis & pactis fami-
liar. illustr.

Ringler de pactis illustr. successor.

Kestneri, Icti Rintelienf. dissertatio
de contractibus summarum po-

testatum sub praesid. Bodini
1696. habit.

Tenzel Diff. de eo, quod iustum est
circa donationes, a principe in
filios famil. maxime collocatas.

Schweder Diff. de priuileg. & iur.
singul. pers. illustr.

Mylerab. Ehrenbach in Gamologia,
Nomologia nec non Hypar-
chologia princ. Imp.

Wilduogel Diff. de negligentia mi-
nistri principem non obligante.

Weidling Diff. de onere dotandi
filias illustr. patrum apanag.

Fritsch de dotatione filiae princi-
pis & in specie de collectis ma-
ritagii.

Kylliger Tr. de ganerb. castror.

Hertius Diff. de pact. ganerb. binat.

Rhodius in Diff. de praescript. bo-
nor. princ.

Engel-

Engelbrecht Diff. de clausulis concess. princ. perillustris de Ludolff. de iure feminar. illustr.

Dn. Kress. Diff. de iuribus feminar. illustr.

Willemberg Diff. de matrimonio imparium.

Feltmann. de matrimonio impari.

Willemberg Diff. de matrimonio conscientiae.

Henr. de Coccej. Diff. de matrimonio ad morganat.

de Berger in Diff. cui titulus: Selecta iuris dotalitii.

Beyer Diff. de dotalitio.

Henelius de iure dotalitii.

Textor Disp. acad. XI. de pactis gentilit. proc.

Carpzou. Diff. de pacto confraternit. Saxonico-Hassiacae.

Bodinus Diff. de pacto confratern.

Saxonico-Brandenburgico-Haf-
fiacae.

Hertius de commentitia paragii &
apanagii distinctione.

Gerhard in vindic. distinct. paragii
& apanagii praefide *Thomas*.
ventilat.

Textor Disp. acad. XII. de clausula
fidei equestr.

Zoll Diff. de promissionibus gene-
rosa fide vallatis.

Dr. Wincop Diff. inaug. de eo, quod
circa princ. Imp. dispos. testam.
iustum est.

Cocceius Diff. de testament. prin-
cipum.

Stryck de testatore principe.

Ringler de tutelis illustrium.

Ludouici Diff. de iudice in causs.
princip. protest. matrim.

Linck de foro protestantium in
causs. matrim.

Ioach.

Ioach. *Mulleri* Dispensations-
Recht in verbotenen Ehen der
Fürsten und Stände, wie auch der
unmittelbaren Reichs = Glieder
nach den Reichs = Gesetzen und der
Oberseruanz ausgeführet.

Lentius de priuilegiat. S. R. I. pro-
cerum instantiis.

Schubardus de aufregis.

Schutzius Diff. de aufregis.

Strauchius Diff. de aufregis.

Videatur etiam Consult. D. *Dinckler*, vir
meliori fortuna ob insignem iuris peritiam
dignissimus, in diff. de calamitate paren-
tum in libros ad l. 5. C. ad l. Iul. Maiest.
Nec praetermittenda D. *Heydenreichii*, Con-
siliarii aulici Saxo-Vinariensis & Schwarz-
burgici, Exercitatio epistolica de iuribus,
praesertim vero iurisdictione & imperio
principum imp. apanagiatorum in mini-
stros & officiales in territorio principis
primogeniti & regentis, quam consultissi-
mus auctor, non sine singularis in omni
iure notitiae documento, prout per Erffor-
diae publicauit. Et fortasse alii. Sed hi

omnes, vti iam monui, & ex ipsis rubricis apparet, singulares saltem materias nostrae iurisprudentiae excutiendas sibi sumserunt. Addi tamen meretur Dn. *Ihering*, Serenissimo Principi Frisiae Orientalis a consiliis regiminis & ecclesiasticis, in den vorläufigen Grund-Lehren der bürgerlichen oder Priuat-Rechts-Gelahrheit der Reichs-Stände in Deutschland. Cui prodromo subiunxit conspectum iurisprudentiae priuatae statuum S. R. I. quam VIII. libris comprehensam & latino idiomate conscriptam publici iuris facere promisit, quod promissum vt propediem soluere possit celeberrimus auctor, omnes cordatiores merito mecum precantur. Interim ex laudato prodromo maioris voluminis perspicere licet, quod ICTus hic egregius, ex principiis subinde a Gribnerianis plane diuersis, hanc iurisprudentiae speciem sit declaraturus. Adeoque posthuma haec opella sua non destituetur vtilitate. Inferuire enim poterit in Academiis docentibus aliisque, & eorum excitare operam, vt hanc insignem iurisprudentiae partem, hactenus incultam, vltiori studio ornatiorem reddere queant. Cur vero ICTi de hac illustriori iurisprudentiae parte excolenda, & a reliquo iure publico priuatoque separatim exhibenda, hactenus non laborauerint,

uerint, praecipua mihi esse caussa videtur magna illa affinitas, quam cum iure publico habere videtur. Nam cum tam multos subinde respectus publicos interuenire viderint iuris periti, cum iure publico plane illam coincidere, crediderunt, & potentiora capita, praesertim illi, qui ordinem Institutionum secuti sunt, alieno loco, infelici plerumque successu, explicarunt. Alii vero communi quidem, sed iuribus ac dignitati principum inuiso illo principio: principes inter se vti debere iure priuatorum, seducti, speciale & separatim examen, huic nobilissimae iuris speciei, denegarunt. Sed quam lubrico, hoc principium, fundamento nitatur, immotis, credo, argumentis probauit B. *Gribnerus* in diff. de praeiudicio princip. Imp. ex abusu iur. iustinian., qua, iudice B. *Hoffmanno* in diff. de iurisprud. germ. principiis & fontibus, *Beyero* praemissa, nil solidius & dignius scribi potuit. Extiterunt ICTi, quae reliqua insignes, qui ex posterioribus Codicis iustiniani libris totum ius statuum imperii germ. exponere infelici studio tentarunt, qui romanorum dignitates, imperii germanici statibus, inuita iuris publici ratione, & mutato reipublicae respectu, tribuerunt, & Electores cum praefectis praetorio, ceteros principes vero

A 5

cum

cum praefidibus aliisque officialibus imperatorum romanorum minus congrue compararunt. vid. eximii Icti *Treueri* programma Goettingae publicat. de cautione in tractando iure publ. roman. germ. adhibenda pag. 4. seq. Quid! quod fuerunt, qui iusto gloriosius crepitare non erubuerunt, quod de rebus populi, de bonis civitatum, de fluminibus, de ripis &c. nemo certius quid definire possit, quam Ictus iustinianeus, legesque sacras municipales, epidemeticas, tributarias, fiscales, usum praestare insignem, uti iactitat *Tabor*. de metat. c. 5. n. 4. seq. Quid igitur mirum, quod principum actiones & negotia communia ipsis cum plebeio sortis hominibus iuxta privatorum ius, i.e. iustinianicum, aestimare plerique perperam sibi sumserint. Sed, uti noster *Gribnerus* in diff. laud. p. 48. n. 4. optime observat, principes nostri imperii neque sunt successores imperatorum romanorum, neque hi potestatem habuerant illos obligandi, neque ex receptione iuris iustiniani inferri potest, nostros principes omnia rati habuisse & approbasse. Nam inuitis ordinibus imperii irrepsisse in fora germaniae ius romanum, testatur reformatio Moguntina, & declaratio eiusdem, quam exhibet *Couring*. de orig. iur. germ. p. m. 196. seq.

Et

Et si vel maxime illud bono consensu principes receperint, & a subditis, vt obseruaretur, voluerint, dici tamen non potest, quod ipsimet etiam illud obseruare debeant. Legibus enim priuatis sunt soluti, nec superioritas illorum territorialis, libera legum ferendarum potestas, & ius contra iura communia statuendi, aliud admittit. Haud raro quidem ipsi principes de suo iure vltro remittunt, & actiones suas priuatas ex iure priuatorum diiudicari sinunt. Proinde etiam *Stryckius* de foro princip. & subditor. comm. c. i. n. 5. felices praedicat republicas, quibus tales contingunt gubernatores, qui, licet eminentis illorum conditio longe supra omnem legum posituarum obligationem sit eleuata, attamen, quo principis ad exemplum subditorum melius componerentur actiones, proprio motu sese tribunalium iudicio submittunt, in quibus subditorum controuersiae dirimi solent. Hinc, inquit *Berger.* in diss. de donat. princ. §. 61. videmus in aliquibus principatibus, principem non secus ac priuatum coram certo iudicio conueniri posse, non quod illud principem eundem, Dominum suum cogere queat, sed quod princeps declarandae suae aequitatis causa idem tanquam arbitrum eligat. Quod celsissimi Electores Saxoniae testandae suae aequa-

acquiescentiae gratia semper sua sponte
 obseruasse, in propatulo est. Interim ta-
 men principium illud : S. R. I. proceres
 iure romano necessario teneri, omni me-
 rito modo explodendum est. Prouocant
 quidem dissentientes ad exempla, &
 hisce suam sententiam constabilire satagunt,
 sic è. g. *Rosenthal.* de feud. c. 12. c. 10. n. 15.
 attestatur, se legisse quam plurima princi-
 pum testamenta, in quibus ad vnum omnia
 testamentorum solennia exacte obseruata
 fuissent. Sed hi ipsi, qui ita philosophan-
 tur, secundum iuris romani, quod tam
 enixe commendant, principia, non ratio-
 cinantur. Veritas enim rerum erroribus
 gestarum non vitiatur, l. 6. ff. de offic.
 praesid. nec spectandum est illud, quid sit,
 sed quid fieri debet l. 12. eod. rationibus,
 non exemplis est iudicandum, quippe quae,
 iuxta vulgatum, non probant, sed saltem
 illustrant, & paucis aliquibus exemplis
 iusta obseruantia inferri nequit. Et si vel
 maxime exemplorum aliqua sit auctori-
 tas, possent multa etiam in medium pro-
 ferri exempla principum, qui tuto negle-
 xerunt solennitates ciuiles in suis testamen-
 tis, vt egregie obseruauit cel. Witemb.
 Antecess. Dn. *Bastineller* in diff. de praeiudi-
 cio princip. ex abusu iuris longobard.
 §. 27.

Conf-

Confiteantur ipsi aduersarii necesse est, tempore, quo ius romanum in germaniam translatum est, & multo post, vbiuis crassam, rerum moralium iuris naturae & gentium, ac solidae prudentiae ciuilis, regnasse ignorantiam, qua in caligine aliud principium statui non potuit, quam quod principes in actionibus priuatis aequae ac publicis romanorum iure vterentur. Fuerunt tunc illa tempora, de quibus personatus ille *Hippolit. a Lapide* (quem alii *Bolislauum Philippum Chemnitium*, alii *Jacobum de Steinberg*, equi. *Luneb. & Suecor. consiliar.* vocant) in praefat. ad *Tr. de ratione status* grauiter conquestus est: Postquam, inquit, vero iustinianeum ius in germaniam inuectum, iurisque interpretibus ac legistis aditus patefactus est, mox non priuati tantum fori & iudiciorum subsellia, sed arcanos quoque consiliorum publicorum recessus, ingenti quasi diluuiio illi ipsi inundarunt, nec flagitiis, sed legibus & legistis laborare coepimus &c. Ingenue quidem alii fatentur, iuris priuati scripti rigorem non vbiique locum habere, & leges romanas non semper posse adaptari. Sed quanam illae sint, distincte non exponunt, in vna eademque materia alias admittunt, & trahunt in subsidium, alias iterum reiiciunt,

&

& principum dignitati minus conuenire pronunciant. Imo *Berger* in diff. de donat. princip. §. 54. ea, quae ius ciuile prae-ter iuris naturalis tradita adiecit, exulare, conceptis verbis statuit. Hoc si verum est, vti illud verissimum esse persuasus sum, leges romanas usquam in subsidium vocare irritus plane labor est. Quid enim iuat, ea, quae naturalis iuris & diuini sunt, per leges romanas misera diligentia conquisitas, confirmare: Sanae rationi est congrua *Petr. Sardi* de aliment. t. 1. qu. 45. n. 58. sententia: legem quaerere, vbi sana est ratio, infirmitas intellectus est.

Præterea vix absque ineptia & dedecore principum dici potest, summos imperantes, pro parte testatos, pro parte intestatos decedere non posse praesentibus septem testibus testari & donationem, quae 500 aureos excedit, apud acta insinuare debere, pactum antichreticum & commissorium, item matrimonium intra affinitatis & cognationis gradus iure romano prohibitos celebrare prohiberi, neque rei usufructuariae, usufructuario nequidem consentiente, seruitutem imponere, nec dotem cum consensu vxoris posse alienare, missis aliis innumeris, quibus laborat ius romanum, subtilitatibus, quas enu-
mera-

merare arctati instituti ratio prohibet. Quin & , quod maxime durum , statuunt quidam , testamentis principum ne testamenti militaris quidem priuilegia posse applicari. v. *Lynn.* de iure publ. l. 4. c. 8. Rationem addunt: quod priuilegia militum non a clausulis & arbitrio testatorum, sed a lege dependeant. Quasi vero summi imperantes non omni lege positiuam sint superiores, & omnes suppleant solennitates. Considerare deberent, qui ita ratiocinia subducunt, se tali ratione principes longe intra priuatorum sortem summa cum iniuria ac praeiudicio detrudere. Statibus imperii leges prouinciales condendi, contrarias abrogandi & contra communia imperii iura pro lubitu statuendi, competere potestatem liberrimam, extra omnem dubitationem positum est. v. Domini de *Ludewig Resp.* 58. L. I. T. II. vt proinde iusta me fubeat admiratio, quam ob rem D. *Kolsborn* ad *Schoepf.* Synopf. L. I. t. 3. n. d. largiatur quidem, principes imperii subditos suos, a nexu iuris romani & imperii protestatione eximere, & aliud condere posse, hac vero protestatione semet ipsos liberare neget. Nam ne recessus quidem imperii, quatenus scilicet de rebus iuris priuati disponunt, (de rebus publicis enim h. l. non est sermo) ipsos priu-

principes, sed subditos saltem eorum obligant, tantum abest, ut in omnibus causis, ius romanum, reluctantibus illis, vel ad summum, tacito saltim consensu receptum, contra se sine discrimine admittere debeant. Ad minimum hoc de principibus Saxoniae illustrissimis affirmare non licet, utpote qui iusto semper tempore protestatione sibi prospexerunt, ne recessus imperii, legibus in suis territoriis iam antea introductis, multo minus propriis iuribus, cedant in praeiudicium. v. *Horn. Ius publ. c. 61. §. 4.*

Alii litem hanc distinctione conficere malunt, & inter vim legum civilium directivam & coactivam distinguunt, illa principes obligari asserentes. Ast uti in genere haec distinctio nullum usum habet genuinum, ita nec h. l. illam agnoscere possumus. Nam non sibi, sed vinculo subiectionis sibi obstrictis leges praescribunt principes, quibus & ipsas Deus leges subiecit. *Nou. 105. c. 2.*

Haec omnia eo confidentius asserere licet, quo celebriores Icti iam ante nostrum *Gribnerum* ita senserunt. Sic summus Hispaniae Ictus *Vosquius* illustr. controuersiar. 2. c. 21. n. 28. principem quemque,

que, & populum liberum ciuili iure non magis teneri, quam si scriptum, aut inuentum nunquam fuisset, dissertis verbis ediffertauit. Et suo etiam tempore *Zieglerus*, Ictus de iurisprudencia immortaliter meritus, in praefat. ad not. in Grot. de incauta & peruersa iuris romani ad principum controuersias applicatione conquestus est, verbis: Seculi nostri haec labes est, quod in academiis ad leges romanas ita adsuesieri cogantur iuuenes, vt in omni controuersia, etiam vbi inter summos principes lis vertitur, non aliunde decisionem petendam credere oporteat, quam ex iure romanorum, ex legibus isti vni reipublicae accommodatis. Huc pertinent verba *Schilteri* in praefat. ad tractatus praecipuos de renunciationibus. Quaestio, inquit, haec (iuris illustrium familiarum) non ad ius iustinianicum, nec ad ius canonicum pertinet, sed ad ius gentium germanicarum. Nec desunt testimonia Ictorum, quorum merita in rem litterariam, & vastam eruditionem praefens admiratur aetas. Sic illustris de *Ludewig* Tom. II. Lib. II. respons. illustr. 106. n. 12. inquit: Welche alte teutsche Rechte unter Fürstlichen Personen um so viel höher zu achten, jemehr an dem Tage ist, daß selbige ihre Handlungen nicht nach dem römischen Bürger-

B

Rechte,

Rechte, als welches sie ihren Unterthanen zum Gebrauch angenommen, sondern nach denen alten teutschen Sitten und Gewohnheiten zu beurtheilen seyn werden *add. Resp. 112. n. 24. seq. L. II. Tom. II.* Et illustris *Bochmerus* Tom. II. *Resp. 3^c. n. 128.* ait: So ist auch das Interesse totius imperii darinne mit zu sehen, daß man die Stände des Reichs nicht secundum formam priuatorum tractire und mit Hindansetzung der alten teuschen Rechte und Gewohnheiten ihre gerechtfame schlechterdings nach dem Römischen und Päbstl. Rechte, beurtheilenwolle. Conferri hic meretur *B. Brunquellii* prolusio academica, qua, in pugna iuris germanici & romani, illud huic inprimis in causiarum illustrium decisionibus praefendum esse, nisi huius receptio probetur, ostenditur, quae *Göttingae* superiori anno prodiit, & haec, quae dicta sunt, egregie illustrat ac confirmat. Lucem fortasse etiam huic sententiae foeneratur *Hornii* *diss. de praerogatiua morum germ. in concurs. cum. LL. recept. Witteb. 1702. habit.* Breuissimis igitur vt mentem meam de hac re explicem, haec mihi sedet sententia, summorum imperantium actiones priuatas ad normam iuris romani non exigendas, sed deficientibus vetustis consuetudinibus, obseruantis ac legibus, vel potius pactis fundamentalibus (alten teuschen, redlichen und
ländi-

ländischen Sitten, Sagen und Gewohnheiten) merito solum secundum naturale ius & gentium examinandas esse, quamuis, quod non negamus, ad leges municipales & ius priuatum recurrere principibus sit integrum, & ipsi adhuc haud raro soleant.

Supereff, vt paucis adhuc illius scrupuli, quem sibi quidam fingunt, mentionem faciam. Distinguunt scilicet praecedente ita Titio in *Iurisprud. publ.* DD. plerumque inter personam principis priuatam & publicam. Ex dignitate igitur principum non esse dictum nonnulli autumant, si illorum personis priuatorum conditio adferibatur. Sed pace horum virorum consultissimorum mihi de hoc asserto subdubitare liceat. Nam si principes in actionibus saltem communibus ipsis cum aliis priuatae sortis hominibus e. g. connubiis, tutelis, contractibus &c. priuatam personam repraesentare censeantur, dictos vero actus humanae naturae imbecillitas exigat, & principi non sit probrosum, communem, cum ceteris, infimae etiam sortis, hominibus, habere naturam, sane & illis cum priuatis, certo respectu, communem adscribere conditionem, nefas esse non potest, praesertim cum priuatus principum

status non ciuilis, sed naturalis & illustriſ, adeoque a ciuium & ſubditorum ſtatu longe diuerſus ſit. *vid. aut. l. i. c. I. poſ. II.*

Haec ſunt, humaniſſime Lector, quae praefaminis loco aequae tuae diiudicationi ſubmittere volui. Si omnia non arridebunt, quod mihi non ſumo, arridebunt tamen nonnulla forſitan illis, qui excelsam principum dignitatem eorundemque conditionem ſublimem, humillima, vt par eſt, mente mecum venerantur. Si Subinde erraui, rigerofa iudicia ne pares, ſed humanae & iuuenilis meae conditionis memor allata aequo animo ſuſcipias, meisque impoſterum conatibus faueas. Haec ſi conſecutus fuero, ſat certe praemii laboris tuliffe me iudicabo. *Salzae d. XII. Februar, MDCCXXXVI.*



Sylla-



Syllabus Librorum & Capitulum Prolegomena.

Cap. I.

De iurisprudentia priuata illustri in genere.

Cap. II.

De principiis & fundamentis decidendi causas iurisprudentiae priuatae illustris.

Cap. III.

De scriptoribus, qui hanc iurisprudentiae partem illustrarunt.

Cap. IV.

De methodo tradendi praecepta iuris priuati illustris.

B 3

Lib. I.

ris,
on-

uae

oni

de-

unt

fam

on-

est,

nde

hu-

ne-

eis-

aec

la-

XII.

a-

Lib. I.

De

Statu principum priuato tam ab-
soluto quam hypothetico.

Cap. I.

De statu principum in genere.

Cap. II.

De principum natalibus.

Cap. III.

De iure coniugum illustrium.

Cap. IV.

*De iuribus parentum & libero-
rum illustrium.*

Cap. V.

De familia illustri.

Cap. VI.

De tutela illustri.

Cap. VII.

*De libertate, dignitate, aequali-
tate*

tate & diuersitate personarum illustrium quoad statum priuatum.

Lib. II.

De

Priuato principum patrimonio.

Cap. I.

De bonis principum imprimis priuatis.

Cap. II.

De modis acquirendi res, quae ad priuatum principum patrimonium pertinent.

Cap. III.

De acquisitione personarum illustrium priuata, ex negotiis, quae inter viuos geruntur.

Cap. IV.

De acquisitione principum priuata, ex ultimis voluntatibus.

B 4

Cap. V.

Cap. V.

*De priuata principum successione,
quae ab intestato defertur.*

Cap. VI.

*De iure personarum illustrium
disponendi de patrimonio priuato.*

Cap. VII.

*De ultimis voluntatibus persona-
rum illustrium.*

Cap. VIII.

*De priuilegiis patrimonii priuati
illustris.*

Cap. IX.

*De modis, quibus res patrimonii
priuati principum amittuntur.*

Cap. X.

*De patrimonio priuato uxorum
illustrium.*

Cap. XI.

*De bonis viduarum illustrium, im-
primis dotalitio.*

Cap. XII.

Cap. XII.

De patrimonio liberorum illustrium.

Cap. XIII.

De patrimonio principum apanagiatorum.

Lib. III.

De

Contractibus personarum illustrium.

Cap. I.

De contractibus principum in genere eorumque diuisionibus.

Cap. II.

De personis illustribus, quae valide contrahunt.

Cap. III.

De iuribus singularibus principum circa contractus.

B 5

Cap. IV.

XII.

Cap. IV.

De obligatione ex contractu & eius transitu ad heredes & successores.

Cap. V.

De accessoriis conuentionum illustrium, si quae inter illustres contrahuntur.

Cap. VI.

De rescissione conuentionum.

Lib. IV.

De

Iure circa lites & controuersias personarum illustrium.

Cap. I.

De modis finiendi controuersias.

Cap. II.

De compromissis in caussis illustrium personarum.

Cap. III.

Cap. III.

De ratione procedendi in caussis illustribus.

Lib. V.

De

Delictis personarum illustrium.

Cap. I.

De obligatione personarum illustrium ex delicto.

Cap. II.

De immunitate principum a poena.

Cap. III.

De delictis principum imperii.



Iuris-



Iurisprudentiae priuatae illu-
stris prolegomena.

Cap. I.

De

Iurisprudentia priuata illustri in
genere.

§. I.

Datur Iurisprudentia illustri priuata.

§. II.

Differt hoc ius priuatum principum a
iure publico vniuersali, multoque magis
a iure publico speciali, aut specialissimo
quocunque.

§. III.

Differt a iure gentium.

§. IV.

§. IV.

Denique differt etiam a iure priuato priuatorum, imo etiam a iure priuato vniuersali.

§. V.

Per principes intelligimus omnes imperantes. Non igitur tantum principes imperii, sed etiam reliquos, illorum tamen imprimis habebitur ratio.

Cap. II.

De

Principiis & fundamentis decidendi caussas iurisprudentiae priuatae illustris.

§. I.

In decidendis his caussis, respiciendum imprimis est ad leges cuiusque reipublicae fundamentales.

§. II.

His deficientibus ad ius naturae siue priuatum vniuersale, imo ad leges diuinas positiuas vniuersales respiciendum.

§. III.

§. III.

Non ad leges priuatas recurrendum, nisi principes iis se sponte submittant aut, iis vti se velle, declarent.

§. IV.

Non igitur ad ius aut iustinianicum, aut canonicum, quamuis qui romanae ecclesiae sacra sequuntur, etiam in his caussis huius auctoritatem agnoscant.

§. V.

Principum imperii eadem fere est ratio, vt fallantur omnino, qui in priuatis eorum caussis decidendis maiorem, quam par est, vim legibus priuatis adscribunt.

Cap. III.

De

Scriptoribus, qui hanc iurisprudentiae partem illustrarunt.

§. I.

Huius iuris praecepta ex instituto nemo tradidit. Passim attigerunt plures,
&

& quasdam eius partes etiam plenius
exposuerunt.

§. II.

Subsidia huius doctrinae peti possunt
ex scriptoribus iuris naturae & impri-
mis iuris priuati vniuersalis.

§. III.

Conferri etiam possunt scriptores iu-
ris publici, ex quibus, qui Triboniani
methodum secuti sunt, plurima iuris-
prudentiae priuatae illustris capita expli-
carunt, ita tamen, vt plerique non, vt
par erat, & vt dignitas principum postu-
labat, in hoc argumento versati
fuerint.

§. IV.

Miscent etiam interdum ciuilibus iuris-
prudentiae doctores iura principum iuri
priuato, & alieno loco tradunt, quae ad
institutum nostrum pertinent.

§. V.

Scriptores singulares, qui vnum alte-
rumue caput iuris nostri illustrarunt, suo
loco commemorabimus.

Ad

Ad hoc caput conf. *Gribner*. diff. de praeiudicio principum imperii ex abusu iuris romani Sect. II. *Myler* ab *Ehrenbach* Tr. de principibus & statibus imperii. *Generos*. de *Ponikau* diff. de conditione priuata principum imperii. *Lyncker* Tr. de libertate statuum imperii. *Wilduogel* diff. de vsu iuris naturae in actionibus principum conspicuo.

Cap. IV.

De

Methodo tradendi praecepta iuris priuati illustri.

§. I.

Iuris publici praecepta ad methodum institutionum iustinianearum plures tradiderunt. In iure priuato illustri facilius ferri poterat haec ratio, satius tamen est, eam non sequi.

§. II.

Seruabimus igitur in principiis huius iurisprudentiae explicandis eum ordinem, vt Libro I. de statu principum priuato, tam absoluto quam hypothetico,
Libro

Libro II. de priuato principis patrimonio, Libro III. de contractibus, Libro IV. de Litibus, Libro vero V. de delictis principum dicamus.

Liber I.

De

Statu principum priuato,
tam absoluto quam
hypothetico.

Cap. I.

De

Statu principum priuato in
genere.

§. I.

Principes duplicem personam sustinent, publicam & priuatam, itaque & status eorum alius publicus, alius priuatus. Ille eos sistit tanquam imperantes, hic tanquam homines in naturali libertate constitutos.

C

§. II.

§. II.

Est igitur hic status naturalis non ciuilis priuatus, sed illustris tamen, & a ciuium & subditorum priuato statu multum diuersus.

§. III.

Diuidi potest in statum mere naturalem s. absolutum, & aduentitium s. hypotheticum.

Cap. II.

De

Principum natalibus.

§. I.

Nascuntur principes eadem cum priuatis lege, neque tamen ex priuatis legibus eorum natiuitas est aestimanda.

§. II.

Qui ex illustribus nati sunt, nascuntur ingenui, nobiles, illustres.

§. III.

Principes illustres autem sunt, si ex utroque parente illustri nati fuerint vel ex vno. vid.

vid. *Gundling*. diff. an nobilitet venter. de
Ludewig. diff. de dignitate vxoris.

§. IV.

Transit haec dignitas etiam ad liberos
natos antequam pater princeps fieret, &
ad eos etiam, qui post patris mortem
nascuntur, imo & quodammodo ad eos,
qui extra matrimonium sunt nati.

vid. pl. *Stryck* diff. de liberis principum na-
turalibus. *Gribner* diff. de iure legiti-
mandi comit. palat. in terris princ. Imp.

§. V.

Ceterum natalitius splendor non ad
filios tantum, sed & ad filias pertinet,
non ad primogenitos tantum, sed & ad
secundo vel vltiori loco natos, non ad
eos tantum, qui in spem imperii adole-
scunt, sed & ad eos, qui succedendi iu-
re destituuntur.

Cap. III.

De

Iure coniugum illustrium.

C 2

§. I.

§. I.

Illustrium coniugum iura non ex legibus priuatis, sed diuinis, naturalibus & positiuis vniuersalibus, ex legibus fundamentalibus, ex pactis denique dotalibus aestimanda sunt.

vid. pl. *Berger* diff. de matrimonio personarum illustrium.

§. II.

Nuptias praecedere solent sponsalia. Quae ab illustribus personis contrahuntur, nulla solennia requirunt, subsistunt sine testibus, celebrari possunt inter absentes per litteras aut procuratores, neque certa aetas definita eis est, modo contrahentes intelligant, quid agant, atque obligationem in se suscipere possint. Infantum enim sponsalia vix valida sunt, nisi desponsati, vbi adoleuerint, ea approbent & rata habeant.

v. *Schoepffer*. diff. de matrimonio per substitutum contracto. de *Ludewig* diff. de matrimonio per procuratorem. *Wolzogen* diff. de connubiis infantum.

§. III.

§. III.

Sponsalia illustrium, perinde ac priuatorum, contrahuntur vel pure, vel sub conditione, si plura concurrant, priora praevalent, etiamsi sint inita sub conditione.

§. IV.

Soluuntur sponsalia consensu mutuo, non vnus partis arbitrio, nisi iusta ab iis recedendi adsit causa. Quamuis enim qui promissis stare recusat, compelli nequeat ad matrimonium consummandum, parti tamen alteri integrum est, iniuriam illatam vindicare.

§. V.

Contrahi matrimonia nequeunt inter personas lege diuina vniuersali prohibitas, neque cum pluribus eodem tempore, neque ad certum tempus.

vid. *Thomas.* diss. de concubinato. *Hert.*

in *Diff.* de matrimonio putatiuo. add.

Gribneri diss. de intercessione coniugum

in deliciis carnis.

§. VI.

Nihil contra impedit, quo minus inaequali coniugio personae illustres copulentur, aut ad morganicam matrimonium contrahant, aut alias conditiones, quae iura coniugum restringunt, dotalibus pactis adiungant.

add. *Salmuth*, de impari matrimonio. *L.B. de Cocceii* de matrimonio ad morganicam.

§. VII.

Solennia, quae priuatorum nuptiis praescripta sunt, in illustrium connubiis non requiruntur, ut ad ea contrahenda nec proclamatione, nec copula sacerdotali opus sit, quamuis haec non facile negligi soleant.

vid. *Born*, diff. de bannis nuptialibus. *Müller* in diff. de benedict. sacerdot.

§. VIII.

Potestas mariti in uxorem ex legibus diuinis aestimanda est, non ex iure quocunque priuato. Itaque nec ius in bona eius continet, nisi ex pacto adiecto, nec coer-

coërcendi potestatem, vt multo minus
Iurisdictione, aut ciuile imperium marito
in vxorem tribui possit.

§. IX.

Non parum potestas, quae marito
competit, imminuitur, si regina priua-
tae fortis viro nubat, eum tamen vxor-
is subditum fieri non euincunt, quae
hanc in rem adduci solent argumenta.

conf. *Paltben.* in diff. de marito reginae.

§. X.

Vxor fit particeps dignitatis mariti,
gaudet iuribus & priuilegiis, quae aut
illustris conditio ei tribuit aut mariti vo-
luntas, nec tamen in societatem venit
imperii, nisi maritus eam sponte ad-
mittit.

vid. *Fritsch. & Strauff.* de iuribus Augustae.

§. XI.

Cetera illustrium iura ex pactis pen-
dent, quibus & de dote, donatione
propter nuptias, dotalitio, morgen-
gaba

gaba & aliis vxorum illustrium emolumentis caueri solet.

§. XII.

Soluuntur coniugia illustrium, vt priuatorum rescinduntur & declarantur nulla, in coniugiis autem per diuortium rescindendis, protestantes non nisi diuinarum legum rationem habent. Catholici principes etiam iuris canonici decreta sequuntur.

vid. controuers. circa iura diuortior. agit. coniuñct. edit.

§. XIII.

De secundis nuptiis nil fere est, quod moneamus, quia quod ius romanum de iis constituit, vix inter priuatos hodie obtinet, nedum inter personas illustres.

§. XIV.

Viduorum & viduarum illustrium iura ex conuentionibus aestimanda sunt. Retinere autem viduam illustrem conditionem, quam ex coniugio acquisiuit,

uit, antea diximus. Successionum iura
alio loco tractabimus.

vide sis *Newenbahn.* de iure viduar. add.
Stryck. diff. de iure viduae nobilis in Sa-
xon. iung. *Tiraquellum* de nobilitat. c. 5.

Cap. IV.

De

Iuribus parentum & liberorum
illustrium.

§. I.

Priusquam de iuribus parentum illu-
strium, & de patria potestate dicamus,
praemittenda pauca sunt de officiis pa-
rentum, & liberorum illustrium. Haec
fere eadem sunt, quae priuatorum, nisi
quod hic quoque legum ciuiliū nulla
ratio habeatur, sed iuris naturalis prae-
cepta sequamur.

§. II.

Patria potestas principum perinde na-
turalis tantum est, non ciuilis, patri igi-
tur cum matre communis tanta, quan-
tam exigit educationis finis.

C 5

vid.

vid. *Thomas.* in diff. de vsu pract. tit. Inst. de patria potestate. *Wilduogel* diff. de filiis elector.

§. III.

Itaque illustri patri non competit in liberos ius vitae & necis, imo nec iurisdic-tio, siue ciuilis siue criminalis, sed nec vsusfructus in bonis liberorum, aut ius, eos a successione Illustri excludendi. Nam quominus a priuata hereditate eos, si res postulet, excludat, nihil equidem impedit.

§. IV.

Neque magis illustris patria potestas obstat, quo minus parentes liberis donare, aut cum iis contrahere valide possint. Sed nec Scti Macedoniani exceptionem illustribus filiis competere existimem, licet vulgo aliter sentiant.

conf. *Fronman.* de cessante Scto Macedon. *Mencken* de vsu Sct. Macedon. *Thomas.* de vsu pract. Sct. Maced.

§. V.

§. V.

Durat patria potestas personarum illustrium, quamdiu conditio liberorum id requirit. Obligatio ad pietatis officia perpetua est, & nullo tempore expirat. Modi ciuiles soluendi patriam potestatem hic non obtinent, vt ne banno quidem imperii extingui eam credamus. Emancipationis quoque nullus inter principes s. personas illustres vsus est, vt frustra sint, qui circa eam Anastasii aut Iustiniani constitutiones, principibus obseruandas esse contendunt.

vid. pl. *Kulpif.* de emancipationibus & adoptionibus principum.

§. VI.

Adoptionum quoque non desunt illustrium exempla, sed vsus est exiguus, & fere nullus. Ius succedendi in imperio haec adoptio tribuere nequit, nisi de eo libere disponendi princeps facultatem habeat, aut eorum, quorum interest, consensus accedat. Quod ad priuatum principis patrimonium attinet, hoc sine adoptione transferre potest, integrum tamen

tamen erit, sibi filium adsciscere, si velit, nulla habita ratione eorum, quae circa priuatorum adoptiones leges ciuiles cauent.

Cap. V.

De

Familia illustri.

§. I.

Diximus de coniugibus, de parentibus & liberis illustribus, nunc de reliquis personis, quae ad illustrem familiam pertinent, paucis agamus.

§. II.

Respicimus hic imprimis ad fratres & sorores principis, & ad reliquos, qui ei cognatione coniuncti sunt, etiamsi iure succedendi destituantur, hi omnes illustres sunt, principem colunt tanquam caput familiae, quamuis eius imperio non sint subiecti. De iuribus, quae circa successionem siue priuatam iis competunt, agere, non est huius loci.

§. III.

§. III.

Dicendum nunc erat de ceteris, qui sunt in familia illustri, de amicis, familiaribus, ministerialibus principum, sed de his fere nihil est, quod addere opus sit. Subditi sunt, adeoque eorum officia & iura ab arbitrio imperantis dependent.

Cap. VI.

De

Tutela illustri.

§. I.

Si princeps ob aetatem aut ob aliam causam sibi & imperio praeesse nequeat, providere opus est, qui regis & regni curam suscipiat. Unde legibus fundamentalibus caueri solet de tutela illustri, a quibus recedere imperanti non licet.

Hert. diff. de tutela regia. Iung. Coccei, diff. de tutela illustri.

§. II.

Quod si leges fundamentales desint, principis est providere, ne quid respublica

blica detrimenti capiat. Itaque testamentaria tutela etiam in imperiis locum habet, non tantum patrimonialibus, sed etiam in reliquis, quae ex tacita vel expressa populi voluntate defertur.

§. III.

Deficiente testamentaria tutela matris obtinet inter priuatos, sed ad illustrem & publicam tutelam eam non admitti, nisi fundamentalibus legibus aliter cautum sit, verius esse videtur.

Stryck in diff. de tutela materna principum.

§. IV.

Defertur igitur hoc casu illustris tutela Successori, huius enim causa est potior, quam cognatorum, qui iure succedendi destituuntur, quamuis forte pupillo arctius coniuncti sint, quam Successor.

§. V.

Denique deficiente etiam legitimo Successore, ad populum, aut ad ordines

nes pertinet, impuberi principi & reipublicae prospicere, tutores & prouiso- res constituere, & quousque eorum po- testas patere debeat, definire.

§. VI.

Ceterum illustris tutela deferri potest etiam personae minus illustri, inuitus eam suscipere facile non cogitur. Causae, ob quas leges ciuiles a tutela vel ar- cent, vel liberant, hic locum non ha- bent, nisi quatenus naturali ratione nituntur.

§. VII.

Iura tutoris illustris eadem, quae prin- cipis, nisi potestas eius limitata fuerit lege publica, voluntate testatoris, aut decre- to populi, qui tutorem dedit. Iraque etiam ex pacto tutoris pupillus illustris obstringitur, quousque successor ex iis, quae ab antecessore gesta sunt, obli- gatur.

§. VIII.

Officium tutoris est, curam pupilli gerere, reipublicae prouidere, fidem &

& industriam rebus gerendis adhibere, quod si negligat, pupillus successor damni dati restitutionem suo iure ab eo postulat.

§. IX.

Exspirat tutela quamprimum pupillus ipse sibi, & imperio praeesse potest. Expedit autem, lege publica tempus defini, quo elapso, tutorium imperium cessare debeat. Venia aetatis principes non opus habent. In imperio tamen rom. germ. saepe ab imperatore & petita & concessam esse, negari nequit.

v. *Kemrich*. diss. de maiore principum aetate. *Fridenreich* in Synops. de tutel. Elect. *Freberus* de Tutel. Elect.

Cap. VII.

De

Libertate, dignitate, aequalitate
& diuersitate personarum illustrium quoad statum priuatum.

§. I.

§. I.

Diximus de coniugiis, de potestate patria, de familia, de tutela personarum illustrium. Nunc antequam librum hunc finiamus, coronidis veluti loco, nonnulla de libertate, dignitate, aequalitate, & diuersitate illustrium, quoad statum eorum priuatum, adiiciemus.

§. II.

Personae igitur illustres, quod ad priuatam eorum conditionem attinet, summa sentiendi, & faciendi libertate gaudent, nisi quatenus ea, aut diuinis, aut fundamentalibus legibus est restricta.

v. *Obrecht* diss. de reseruatō ecclesiastico.

§. III.

Singularis etiam personarum illustrium est dignitas, quam non solum libertas, qua fruuntur, sed & maiestas, qua gaudent, ipsis tribuit, quae efficit, vt super omnes priuatae sortis homines multum emineant,

D

&

& venerabiles , sanctae , & inuiolabiles habeantur.

§. IV.

Status naturalis est status aequalitatis, in quo cum constituti sint principes, pares quodammodo sunt & aequales. Sed uti in naturali quoque statu, alii alios viribus, auctoritate, praecedentia, superant, ita illustrium etiam personarum, magna est diuersitas; quae hanc aequalitatem non parum minuit, & certos veluti dignitatum gradus inter eos constituit.

vid. *Lyncker.* diff. de potentatu.

Lib. II.

De

Priuato principum
patrimonio.

Cap. I.

De

Bonis principum imprimis
priuatis.

§. I.

§. I.

Patrimonium personarum illustrium duplex est, vel publicum vel priuatum.

§. II.

Priuatum est, quod vel tanquam priuati acquirunt, vel priuatis vsibus est destinatum.

§. III.

Varium & multiplex est priuatum patrimonium, plures rerum priuatarum diuisiones, sed has priuata iurisprudencia suppeditat, & non est, vt iis multum immoremur.

Cap. II.

De

Modis acquirendi res, quae ad priuatum principum patrimonium pertinent.

§. I.

Acquirunt principes vel reipublicae, vel sibi. Quae sibi acquirunt, priuati patri-

D 2

monii

monii sunt, neque vero dubitandum est, quin principes iis modis omnibus acquirere possint, quibus ciuibus priuatis acquisitiones permittunt.

§. II.

Imo plus etiam princeps sibi tribuere potest, quam ciuibus permittit. Neque enim quae his prohibita sunt, etiam principi negata videntur, cui integrum etiam est, priuato patrimonio suo iura fisci & priuilegia concedere.

§. III.

Modi acquirendi alii naturales sunt, alii ciuiles, alii vniuersales, alii particulares, alii ex causa lucratiua, alii ex onerosa, alii ex negotio inter viuos, alii ex successione.

Cap. III.

Cap. III.

De

Acquisitione personarum illustrium priuata, ex negotiis, quae inter viuos geruntur.

§. I.

Non commemorabimus h. l. singulos acquirendi modos, quos iuris priuati prudentia tradit, sed singularia tantum iura, quae circa acquisitionem priuatam personarum illustrium obtinent, paucis attingemus.

§. II.

Dominia sola conuentione etiam absque traditione transferri posse, naturalis ratio suadet, hoc iure igitur principes inter se etiam in priuatis caussis vtuntur. Si res cum subdito fit, vti possunt, sed vti non solent, nisi hanc voluntatem declarauerint.

D 3

§. III.

§. III.

Donationes inter modos acquirendi Iustinianus refert forte non satis accurate. Per eas principes acquirere posse quis dubitet? itaque validae, quae ipsi fiunt donationes, etiam eae, quae iure privato ob neglecta solennia, aliamue civilem causam, inuvalidae censentur.

§. IV.

Vfucapio non est naturalis acquirendi modus, nihil tamen impedit, quo minus princeps per eam acquirat, quo casu iure priuatorum utitur, quamuis si velit, etiam privato fisco priuilegia, circa hanc acquisitionis speciem, tribuere possit.

Cap. IV.

Cap. IV.

De

Acquisitione principum priuata
ex vltimis volunta-
tibus.

§. I.

Successio principum alia publica est, alia priuata, vtraque vel ex pacto, vel ex vltima voluntate, vel ex lege. Per pacta principes priuatas hereditates acquirere posse certum est, cum etiam inter priuatos ea hodie valida esse censentur.

§. II.

Neque minus heres princeps institui potest, ita, vt hereditas non publico, sed priuato eius patrimonio acquiratur. Subsistunt legata, fidei commissa &c. quibus ei aliquid relinquitur, etiam absque sollemnitate, quam leges ciuiles alias requirunt. Neque enim principes his

D 4

legi-

legibus obstringuntur, modo de feria testatoris voluntate constat.

conf. *Mencken* in diss. de principe litis causa herede instituto.

Cap. V.

De

Priuata principum successione,
quae ab intesto defertur.

§. I.

Successio principum priuata multum differt a publica successione. Iura eius magnam partem dubia sunt & incerta, cum leges naturales vix sufficiant controuersis, quae hic incidere solent, definiendis.

§. II.

Successio haec fit in patrimonium priuatum, ad quod non pertinent quae reipublicae sunt, aut vsibus publicis destinata.

§. III.

§. III.

Defertur primum liberis sine sexus, aetatis, & gradus differentia, solent tamen hic legitimi liberi naturales a successione excludi.

§. IV.

Si liberi deficiunt, priuata successio ad adscendentes deuoluitur, inter collaterales graduum ratio habetur. Foecundae autem sunt in hoc ordine de iure successione controuersiae, quibus soluendis naturales leges vix sufficiunt. Ex quo fit vt saepius hic principes priuatorum iure vtantur.

§. V.

Successio priuata illustrium arbitrio principis mutari, adimi potest, vt ne liberis quidem ex eadem praeter alimenta debeantur.

Cap. VI.

De

Iure personarum illustrium di-
sponendi de patrimonio
priuato.

§. I.

De patrimonio priuato disponendi li-
berrima potestas personis illustribus com-
petit, vt sine discrimine, quae huius pa-
trimonii bona sunt, alienare, oppignorare,
& ex quacunque causa in quemcunque
transferre possint.

§. II.

Itaque quae legibus priuatis prohibi-
tae censentur alienationes, personis il-
lustribus permissae sunt. Solennia quo-
que, quae in priuatorum alienationibus
requiruntur, in illustrium alienationibus
haud desiderantur.

Cap. VII.

Cap. VII.

De

Ultimis voluntatibus personarum
illustrium.

§. I.

De publico patrimonio testandi ius principibus non facile competit, de privato liberrima disponendi licentia ipsis recte vindicatur.

§. II.

Nullas igitur solennitates requirunt testamenta principum, non septem testium numerum, non earum rogationem, non ceteras inanes & scrupulosas subtilitates.

Egben. in diff. de testamentis principum.

§. III.

Sed nec reliqua, quae praeter naturalem rationem Quirites circa testamenta con-

constituerunt, ad principes pertinent. Non directa heredis institutione opus est, possunt testari pro parte, nulla Falcidia, nulla Trebellionicae deductio locum habet, imo nec legitima liberis debetur, modo pater de alimentis iis, qui indigent, prospiciat.

Cap. VIII.

De

Priuelegiis patrimonii priuati illustris.

§. I.

Priuelegia patrimonii priuati illustris, vel acquisitionem, vel administrationem aut conseruationem, vel denique omissionem rerum, quae ad hoc patrimonium pertinent, respiciunt.

§. II.

Posse principem patrimonio suo priuelegia concedere, non est dubitandum, sed

sed si non dederit, utitur iure priuato, uti certe potest, si ei res sit cum subdito, aut cum priuato, nam principes inter se iure gentium utuntur.

§. III.

Priuilegia fisci etiam ad patrimonium priuatum pertinere principis, multi contendunt, quod expeditum satis est, si princeps huic patrimonio iura illa tribuat, alias maior esse videtur fisci fauor, quam patrimonii priuati, quae vero fisci iura sunt, exponere, non est huius loci.

vid. interim *Berger.* in Enarrat. Leg. X.
D. de iure fisci. *Spindler* diss. de iure fisci.

Cap. IX.

Cap. IX.

De

Modis quibus res patrimonii
 principum priuati
 amittuntur.

§. I.

Definunt esse res in patrimonio priuato principum iisdem fere modis, quibus in bonis priuatorum, rei interitu, alienatione & reliquis, quos iurisprudentia priuata exponit.

§. II.

Amittuntur etiam praescriptione, sed non nisi immemoriali, si caussa agatur inter duos principes, aut contra principem praescribat subditus, imo etiam si quisque alius, modo res, de qua amittenda agitur, in territorio prin-

principis , contra quem praescribitur,
constituta sit.

conf. *Thomasi*. in diff. de praescriptione
regalium ad subditos non pertinente
add. de *Wernher* in diff. cui tit. verade
praescript. immemor. sententia.

§. III.

Denique extinguitur patrimonium
priuatum, si cum publico consolidetur
& veluti coalescit.

Cap. X.

De

Parrimonio priuato vxorum
illustrium.

§. I.

Vxorum vulgo in dotalia, parapher-
nalia & receptitia diuiduntur. Vxores
illustres omnia bona sua pleno iure pos-
sident,

fident, nisi pactis cum marito aliter fuerit conuentum.

Berger diff. de discrimine bonorum vxoris.

§. II.

Solent tamen vxores illustres maritis dotem afferre, de dote pacisci, & per pacta ius priuatum sequi, aut eo etiam recedere, quibus si nihil definitum sit, iure priuato voluisse vti vulgo censentur, & vtuntur plerumque, si modo dignitati personarum illustrium id non repugnet.

§. III.

Donatio propter nuptias etiam a sponso illustri sponsae constitui solet, sed plerumque dotalitii tantum causa. Si constituta non sit, vix debetur, ne quidem ab herede. Vfurae ex ea illustribus vxoribus interdum etiam constante
matri-

matrimonio praestantur, de sorte dispositio ipsis non facile relinquitur.

Hoffmann. diff. de donat. propter nuptias.
Lauterbach. diff. de donat. propt. nupt.
 & *Bodin.* in diff. de donat. propter
 nupt. ab erroribus DD. vindicat.

§. IV.

Vsu etiam fere obtinuit, morgengabam illustrium vxoribus praestari post nuptias consummatas, cuius quantitas ex conuentione & arbitrio mariti dependet. Hanc interdum integram solui, & liberae vxoris administrationi relinquere videas, interdum eius vsuras tantum, retenta sorte, assignari.

§. V.

Quae constante matrimonio vxor acquirit, eorum nec vsusfructus nec administratio ad maritum pertinet, nisi ex conuentione.

E

Cap. XI.

Cap. XI.

De

Bonis viduarum illustrium imprimis de dotalitio.

§. I.

Vsu imprimis germaniae obtinet, vt illustribus vxoribus dotalitium constituatur, vi cuius post mortem maritorum certos redditus annuos percipiunt, sed ea lege, vt dotem repetere nequeant.

vid. *Mencken* de quantitate dotalitii in Saxonia. *Bastineller* diss. de lucro dotis & dotalitii.

§. II.

Non raro in fundis publicis constituuntur dotalitia, viduaeque illustri iura quaedam eximia & singularia conceduntur, non tamen facile ea quae ad

ad superioritatem territorialem, referuntur.

add. Gribner. in diss. de iure territor. subordinati.

Cap. XII.

De

Patrimonio liberorum illustrium,

§. I.

Patrimonium liberorum illustrium vel publicum est vel priuatum, de priuato tantum hoc loco agimus.

§. II.

Diuidi potest hoc peculium in profectitium & aduentitium, in illo tantum iuris est patri, quantum sibi reseruauit, in hoc quantum is, qui constituit, ei concessit.

¶

vid.

vid. pl. de pecul. *Leyser* in diff. de natura
& distinctione peculiorum.

§. III.

Filio contra libera de patrimonio pri-
uato dispositio competit, non inter vi-
uos tantum sed & in euentum mortis.

§. IV.

Reliquae peculiorum diuisiones in-
ter illustres exiguum vsum habere vi-
dentur.

§. V.

Non gaudent bona huius patrimonii
priuilegio fisci, nisi princeps hoc eis
tribuat. Imo si in territorio huius sita
sunt, eius potestati omnino subiecta
sunt.

Cap.

Cap. XIII.

De

Patrimonio principum appanagiatorum.

§. I.

Apanagia patrimonii priuati rationem fere habent, in multis tamen imprimis, si impropria sint, ad publicum patrimonium prope accedunt.

Berger Tr. de iure apanagiatorum. *Leyser.* diff. de apanagiis, de *Minckwitz* diff. de paragiis. *Springsfeld* de apanagio. *Schilter* de parag. & apanag.

§. II.

Impropria etiam apanagia & paragia iura territorii non habent. Ad territoria impropria seu subordinata referri possunt. Ipsi quoque apanagiati principes primogeniti superioritati territoriali

E 3

toriali

toriali plerumque quodammodo sub-
sunt.

§. III.

De patrimonio priuato suo arbitrio
post geniti disponunt, de apanagio im-
proprio non aequè. Vnde nec op-
pignorandi nec alienandi ius ipsis com-
petit. Sunt enim huiusmodi apanagia
partes territorii, quae finito apanagia-
torum iure ad primogenitum redeunt,
& cum reliquo territorio consoli-
dantur.

Lib.

Lib. III.

De

Contractibus personarum
illustrium.

Cap. I.

De

Contractibus principum in genere
eorumque diuisionibus.

§. I.

Contractuum nomine pacta comple-
ctimur, ignorat enim iurisprudencia
principum pactorum & contractuum
discrimen, ignorat etiam plerasque
pactorum & contractuum diuisiones.

De vsu harum diuisionum vid. II. *Coccei.*
in diff. de vsu & different. hodierna
pactor. & stipulat. & *Brenneysen* diff.
de inutilibus pactor. iur. rom. diuisio-
nib. in for. germ.

E 4

§. II.

§. II.

Contrahunt principes vel inter se,
vel cum aliis, siue cum subditis, siue
cum extraneis, vel publico nomine vel
tanquam priuati.

vid. *Kestner* ICt. Rintel. in diff. de con-
tractibus summar. potest.

Cap. II.

De

Personis illustribus quae valide
contrahunt.

§. I.

Contrahere possunt personae illustres
in caussis publicis, quam primum im-
perio praesunt, in priuatis simulatque
vsu rationis pleno fruuntur, vt nego-
tium de quo agitur intelligant.

§. II.

§. II.

Contrahunt principes vel per se, vel per alios, ex alterius pacto obstringuntur, si mandati fines is non excefferit, nisi libera contrahendi potestas ei data fit. Solent tamen cauere, vt ne subsistat conuentio, nisi ex quo ratihabitio accessit. Qui cum sponsore contrahunt, suo periculo eius fidem sequuntur.

hic conferri meretur *Bardili* diff. de obligationibus facti alieni.

§. III.

Acquirere possunt principes per alios, possunt etiam aliis acquirere.

Cap. III.

De

Iuribus singularibus principum
circa contractus.

§. I.

In his igitur contractibus principes alio quam priuato iure vtuntur, naturali nimirum non ciuili, nisi quatenus hoc quoque naturali aequitate nitatur. Sed singulas differentias persequi non licet, aliquas exempli loco commemorare sufficiat.

§. II.

Initium faciemus a donationibus circa quas iure priuato multa definita sunt, quae ad principes referri nequeunt.

vid. II. *Berger* in diff. de donation. princip.

§. III.

§. III.

Quae de mutuo cauta sunt iure romano pleraque causam naturalem habent. non tamen aut Sctum Macedonianum, aut leges quae vsuras coercent, ad principes pertinent.

vid. *Zigler* diff. de mutuo. *Ludewig* diff. de mutuo. it. *Thomas.* de vsu pract. Sct. Maced. add. *Mencken & Rivin.* in dissertat. de vsurariae prauitatis in principem imperii reo priuato.

§. IV.

Sunt & circa commodatum, de positum, pignus locationem, emtionem, societatem aliosque contractus non pauca iure romano praeter naturalem rationem constituta, quae ad contractus principum proferri nequeunt, nisi eo iure se vti velle declarauerint.

v. pl. *Gribner.* diff. de aequitate LL. rom. circa pericul. rei commodatae. add. de

de *Zech* in diff. de eo quod iustum est
 circa sequestrum publ. *Gundling* diff.
 de oppignorat. imperii *Lyncker* diff.
 ad l. 3. C. locat. *Stryck* diff. de diuersis
 sociorum pactis.

Cap. IV.

De

Obligatione ex contractu, & eius
 transitu ad heredes &
 successores.

§. I.

Diximus principes ex contractu obli-
 gari, non tantum ad ea, de quibus no-
 minatim cautum est, sed & ad ea, quae
 ex natura negotii debentur.

§. II.

Obstringuntur etiam ex conventioni-
 bus illustrium eorum heredes, imprimis
 ex causa priuata, non liberi nisi here-
 des sint.

§. III.

§. III.

Successor qui heres non est, non obstringitur ex obligatione antecessoris, nisi causa publica fuit, aut utilitatis publica fuit, aut utilitatis publicae ratio id postulet.

vid. de *Ludewig.* in diff. de obligatione success. in princ. & client. S. R. I. Dn. *Chladen.* in diff. de obligatione ex facto antecessoris. *Tabor* de obligat. success. nouit.

Cap. V.

De

Accessoriis conventionum illustrium sc. quae inter illustres contrahuntur.

§. I.

Contractus principum non opus habent verborum solennitate, non litterarum

rum firmamento s. confirmatione, praeter consentum nil quicquam requiritur.
 vide sis *Coccei*. diff. de stipulationibus.

§. II.

Solet interdum conventionibus illustrium accedere iusiurandum sed satius erit, hoc a principibus nec exigi facile, nec praestari.

§. III.

Accedunt etiam fide iussores, pignora, quorum caussa ex iure gentium aestimanda est, non ex iure privato.

Quae hic iuris privati sint vid. apud *Hering*. Tr. de fide iuss. magis huius loci est *Cocceii* diff. de Guarand. pac.

Cap. VI.

De
 Refissione conventionum.

§. I.

Quae dolo contractae sunt conventiones principum inualidae sunt, neque minus quae metu exsortae, si metus iniustus

rustus fit, qualis, qui abhoste belli tempore infertur, non solet haberi.

§. II.

Ob errorem, iure gentium, quo principes vtuntur, contractus rescindi nequit, nisi aut vtraque pars errauerit, aut dolus causam dederit errori.

§. III.

Nec ob laesionem rescinduntur contractus principum, etiamsi ea magna sit. Neque restitutioni in integrum locus est contra conuentiones personarum illustrium.

vid. pl. *Thomas.* diff. de cerebrina aequitate l. 2. C. de resc. vend. *Coccei.* in diff. de remedio l. 2. C. de rescind. vend.

§. IV.

Non subsistunt contractus principum, si inualidam alienationem contineant. Qui cum subditis initi sunt, etiam ob utilitatem publicam rescindi possunt.

§. V.

Lex commissoria conuentionibus priuatis

uatis non inest nisi adiiciatur. In con-
 uentionibus illustrium & publicis impri-
 mis cauffis fere subintelligitur, nisi aliud
 actum fuerit.

vid. *Hildebrand.* in diff. de lege com-
 raifforia venditionibus adiecta.

Lib. IV.

De

Iure circa lites & controuer- fias personarum illustrium.

Cap. I.

De

Modis finiendi controuerfias.

§. I.

Priuatorum lites decedit iudex, prin-
 cipes non habent iudicem, non forum
 ubi conueniri possint.

vid. *Gundling* in diff. de statu naturali Ho-
 besiano. *Kress.* de aequilibrio in Ger-
 mania. Illustriiff. com. de *Wurmbrand* in
 diff. de foro principum imperii. *Schwe-*
der.

*der. disp. de foro illustr. imp. rom. germ.
immed. subj.*

§. II.

Controuersias igitur principum aut
gladius dirimit, aut conuentio.

*Pet. Muller. diff. de duellis principum.
Gerhard de iudicio duellico. Wernher
diff. de iure repressaliarum princip.
imper.*

§. III.

In controuersiis quoque principum
cum subditis siue vniuersis siue singulis,
nemo est qui iudicis partes sibi sumere
possit, nisi per leges fundamentales con-
stituti sunt arbitri, aut principes sponte
aliorum iudicio causam submittant.

*vid. Ioh. Gerhard. diff. de iudiciis imper.
germ. Conring. diff. de iudiciis imper.
rom. germ. Vffenbach de iudicio aulico.*

Cap. II.

De

Compromissis in causis illustrium
personarum.

F

§. I.

§. I.

Quod si placeat iure non armis con-
tendere, fit compromissum, leguntur ar-
bitri, qui de causa cognoscunt.

De arbitris vid. *Lauterb.* in diff. de ar-
bitris.

§. II.

Austregarum potestas consistit in co-
gnoscendo, plerumque etiam in iudi-
cando, imo interdum quoque in exe-
quendo.

Riemer de austregis. *Cranzius* de austregis
comitum. & *Heydenreich* diff. de au-
stregis Domus Saxon.

§. III.

Decidenda causa est ex iure gentium,
non ex iure privato quocunque, nisi ali-
ter fuerit conuentum.

§. IV.

Modus etiam quo causa peragi de-
beat est arbitrarius, quem autem conuen-
tio partium, vel si iis ita visum fuerit,
ipse arbiter praescribit.

Cap. III.

Cap. III.

De

Ratione procedendi in caussis illustribus.

§. I.

Obferuanda tamen funt ea, fine quibus iudicium de cauffa ferri non potest, neceffe est controuerfiae ftatum conftitui, ut appareat quid partes postulent, quid negent, quid concedant, quid excipiant.

vid. *Eifenhardt* in Inftit. Iur. gent. it. *Rbet.*
in iure publ.

§. II.

Quae negat reus probanda funt. Probatio fit per testes, per instrumenta, per coniecturas & praefumtiones, iusiurandum etiam deferre potest, siue pars, siue arbiter, nisi aliud fuerit actum.

vid. *VValter.* diff. de probatione per testes iniuratos.

F. 2

§. III.

§. III.

Sunt etiam constituenda tempora, intra quae causa disceptari debeat, eaque inter partes distribuenda, ut audiatur pars utraque, nec lis in infinitum protrahatur.

§. IV.

Si sententia simpliciter iudicis electi arbitrio relicta fit, ab eo recedere non licet, non prouocatio non aliud remedium quod causam suspendat aut deuoluat, locum habet.

§. V.

Etiam exequendi potestatem arbitris datam esse supra monuimus. Itaque nil addimus, singula enim quae ad modum procedendi pertinent, persequi non licet.

Lib. V.

De

Delictis personarum illustrium.

Cap. I.

Cap. I.

De

Obligatione personarum illustrium ex delicto.

§. I.

Principes delinquere posse & delinquere, negari nequit. Sed delicta eorum ex legibus diuinis aestimanda sunt, non ex humanis.

§. II.

Delinquent principes vel aduersus alios principes vel aduersus rempublicam, vel aduersus ciues singulos, vel aduersus priuatos, qui ipforum imperium non agnoscunt.

§. III.

Obligantur principes ex delicto ad satisfactionem ei, qui laesus est, praestandam, ad poenam non aequae, ab hac enim immunes sunt, qui superiorem non habent.

F 3

Cap. II.

Cap. II.

De

Immunitate principum a poena.

§. I.

Hac immunitate fruuntur principes, etiam si aduersus alios principes delinquant, ut nec ob iniustam vim, nec ob insidias alteri structas, nec ob quaecunque alia crimina ius puniendi principem competat principi, imo nec inuasorem quidem imperii, & qui de summa rerum cum altero contendit.

§. II.

Multo minus ciuibus, siue vniuersis siue iis, quos status vocant, ius puniendi principem competit, etiam si in leges imperii seu fundamentales placet, & contra rempublicam delinquat.

§. III.

Si in priuatos delinquat princeps siue subditi illi sint, siue extranei, perinde omnis poena cessat, etiam in delictis quorum poena iure diuino vniuersali constituta esse creditur.

§. IV.

§. IV.

Sed & hac immunitate frui credimus principes, si in alieno territorio delinquant, prohiberi possunt a domino territorii, ne delinquant, excludi aditu, ad satisfactionem adigi non puniri.

§. V.

Neque immunitatem hanc ad principes imperantes restringimus, sed ad uxores, liberos, fratres &c, eorum etiam pertinere credimus.

Cap. III.

De

Delictis principum imperii.

§. I.

Eodem iure immunitatis etiam principes imperii frui debebant, quamvis plerique iurispublici interpretes eos alio iure uti censeant, & in priuatorum sortem detrudant.

§. II.

Si laedant alios satisfacere laesis tenentur, ad quod officium, cum iudicia imperii agnoscunt, compelli quoque possunt.

§. III.

Si leges foederis communis violent, ho-

stes iudicantur, proſcribuntur etiam & in bannum declarantur, ſed huius banni alia ratio eſt in principibus, alia in privatis, qui proſcribuntur, unde ceterae, quae proſcriptionem comitantur, poenae & effectus plerique banni ceſſant.

§. IV.

Qui in ſuos ſubditos ſæuiunt, conueniri poſſunt, & ad ea, quae ipsis debentur compelli, poena hanc ob cauſſam in principes ſtatui nequit.

§. V.

Ob cetera delicta, quae priuata dicuntur, principes ad ſatisfactionem laeſis praecandam compelli poſſe diximus, poena proprie ſic dicta in eos non cadit, vt fallantur vehementer, qui aut legibus romanis, aut Ordinationi Carolinae eos ſubiiciunt, & capitalibus, aut iis, quae corpus afficiunt, aut aliis etiam coercitionibus locum relinquunt.

§. VI.

Cetera quoque quae de delictis principum capite praecedente diximus, pleraque ad imperii principes proferri poſſunt.

F I N I S.

Ks 2038

g


MC


in
ia
s,
D.
e-

e-
r
t-

n
-
-
s







MICH. HENR. GRIBNERI
 POTENTISS. POLON. REG. ET ELECT.
 SAXON. QVONDAM CONSILIARI AVLICI
 AC PRIMI IN ACADEMIA LIPSIENSI
 IVRIS CONSVLTI.

DELINEATIO
IVRISPRVDENTIAE
 PRIVATAE ILLVSTRIS
 POSITIONIBVS SVCCINCTIS
 COMPREHENSA

ET IN VSVM OLIM AVDITORVM QVO-
 RVNDAM PRIVATVM CONSCRIPTA
 ET COMMVNICATA
 NVNC VERO EDITA

A
 IO. BENIAM. REISIG;
 IVR. PR.

QVI ETIAM
 DISSERTATIONEM PRAELIMINAREM,

qv
 DE VSV IVRIS ROMANI IN IVRISPRVDEN-
 TIA PRIVATA ILLVSTRI
 DISPICITVR, PRAEMISIT.

GOTTINGAE
 APVD CHRIST. HENR. CVNONEM.
 MD CC XXXVI.

